





1742, 4

10
13

D. IO. FRIDERICI HERTELII

CODICIS ET NOVELLARVM PROFESSORIS PVBLICE
CVRIAE PROVINCIALIS SAXONICAE COMMVNIS
ASSESSORIS FACVLTATIS IVRIDICAE ATQVE
SCABINATVS SENIORIS ET H. T. DECANI

PROGRAMMA INAUGVRALE

DE

NVNCCIIS IVRIS

ET IVSTITIAE

Son Rechts- und Gerichts-Bothen,

NOBILISSIMI SVMMORVM IN IVRE
HONORVM ET PRIVILEGIORVM
CANDIDATI

FRIDERICI IACOBI BOTH,

IVGENHEMIO. NASSOICI

DISSERTATIONI AVSPICALI PRO LICENTIA

CVI TITVLVS

ONVS LAVDEMII

DEPOSITVM

PRAEMISSVM.



IENAE,

LITTERIS MARGGRAFIANIS.

olim
ten-
quin
bire
ple-
vix
a eo

an-
tant
tim
rum
per
ad-
ra-
ur,
fan-
ob-
quo
atio

S. 3.
XIV.
/.



16

D. JO. FRIDERICI HERTZII
CODICIS ET NOVISSIMARVM PROLEGVM
CAUSAE PROVICIAE SACHSIAE COMMUNE
ASSessoris ENCVLTAE IVDICIALIS ATQVE
PRAEPOSITVS SENIORIS ET H. T. DECANI

PROGRAMMA INAVGVRALE

DE

INVENCIIS IVRIS

ET IVSTITIAE

JOHANNIS BUCHNERI M.D.C.C.C.C.

NOVISSIMI SYMBOLEUM IN IVRE
HONORVM ET PRIVILEGIORVM

CANDIDATI

FRIDERICI JACOBI BOTH

IN QUADRAGESIMO AETATIS

DISSERTATIONE PRAESENTATA PRO LICENTIA

IN IVRE

ONVS LAVDEMII

DEPOSITVM

PREMIUM



1744

LITTERIS MARCGRAPHICIS





N

VNCIVS (per allusionem Stoicam quasi: NVNC IVS, ita enim melius legitur quam NVNTIVS,) Græce ἀγγελος, Germanis ein Both, specialiter discernitur a TABELLARIO, quod ille sit ein Mundbothe, hic vero ein Briefträger, der Schrifften oder Acten überbringer. Nobis impræsentiarum generaliter & promiscue hac voca uti licebit, quia in sensu forensi Nuncius iudicii vocatur, tum qui scriptas partibus insinuat citationes, decreta, resolutiones & similia; tum qui ore tenus personas litigantes solet in iudicium vocare,
(2 veluti

veluti *Regierungs- Kanzley- Consistorial- Hofgerichts- Cammer- Amts- Boten, &c.* (a)

Sunt autem Nuncii diversi generis, alii *publici*, qui a personis publicis & ad causas publicas expediendas mittuntur, quos *LEGATOS* vel *ABLEGATOS*, *AMBASSADEVRS*, *Kayserliche*, *Königliche*, und anderer *Stände* oder *Staaten* *Botschafter* oder *Abgesandte* appellamus; (b) & in specie summi *Pontificis* angelus vocatur *NVNCIVS APOSTOLICVS*; (c) alii sunt *Privati*, per quos homines *privati* aliis *negotia* sua *privata* notificare & *annunciare* consueverunt. Deinde *nuncii* sunt vel *Ordinarii*, qui *statis* temporibus *currere* & *recurrere* solent, pro *expediend*

-
- (a) Onomatologiam plenius exponit LAVTERBACH. *disp. de Nuncio. cap. I.* Plura de nunciis extrajudicialibus congeffit PET. MÜLLER ad *Struvii exerc. VI. ff. th. 34. lit. e.*
- (b) Vid. *tit. ff. de Legation. ibique* STRYCK. *us. Mod. & al. DD. SCHWEDER. introd. in jus publ. P. II. f. 1. c. 28. ibique* LYNCKER. *analect.*
- (c) Vid. *III. KEMMERICH. disp. de Judiciis Nunciatura Apostolica in Germania.*

pediendis negotiis quorumlibet hominum,
die reitende und fahrende Reichs- und Land-
Posten, Cammer- Wagen, Ordinar Boten;
vel *Extrordinarii*, qui dicuntur *Cypressen*,
quorum referendi sunt nuncii, *Couriers*,
so durch eine Staffette abgeschicket werden.

De *publicis & Ordinariis Imperii nunciis*,
præter Decreta, Edicta, Rescripta de annis
1616. 1620. & 1636. saluberrime prospexi
sacra Cæsarea Majestas invictissimi Im-
peratoris CAROLI VII. (d)

De nunciis *Divinis*, spiritualibus sive
eccelestibus, denen heiligen Engeln, quos Su-
preum Numen ad homines sanctos pro
revelanda sua gratia vel aliis arcanis, mittit,
quorum plura occurrunt exempla in sacra
scriptura veteris & novi testamenti, non est
hic dicendi locus, sed eorum cognitio perti-
net ad studium *Theologicum*. (e) Simile fere of-
ficium

(3

(d) In *Capitulat. Cæsar. noviss. Art. XXVIII. S. 3. sq.*

(e) Vid. LEONH. HVTTER. *comp. loc. theolog. loc.*
V. ibique BECHMANN.

ficiam spectat ad Prophetas & Apostolos; ut & ad nostros Pastores Ecclesiasticos, qui divinam gratiam & solatium afflictis iram vero et poenas temporales atque æternas præfractis & impœnitentibus ac infidelibus peccatoribus debent annunciare. (f)

Nobis vero jam curæ cordique potissimum erunt Nuncii & Tabellarii juris & justitiæ, die Gerichts = Frohnen, Gangley und Amts = Boten; in militari judicio Viator, der Gerichts = Berbel, de quo vid. LVDOVICI Kriegs = Proc. cap. VI. §. 1. sq. & similes, qui circa citationum insinuationes, aut transmissiones actorum occupantur; & omnino secernendi sunt a Mandatariis sive Procuratoribus judicialibus. (g) Hujusmodi hominibus

(f) De quibus itidem Theologi *loc. de minister. ecclesiast.* HVTTER. d. l. *Loc. XVI. cum not.* BECHMANNI. *Conf. Ephes. VI. v. 20. it. 2. Chron. XXXVI. v. 15. sq. Esaia LII. v. 7.* Sic & in hymno: *HERR GOTT dich loben wir, 10. solemus cantare: Der heiligen zwölf Boten Zahl, 10.*

(g) Vid. STRYK. *us. Mod. ff. L. 17. t. I. §. 6. sq. P. MVL-*

bus nonnullibi certa destinata sunt hospitia
sive diverforia, quale est Halæ-Saxonum die
Bothen-Herberge.

Equidem nec loci neque temporis ra-
tio jam patitur, conscribere integrum tra-
ctatum vel dissertationem de nunciorum
causis, effectibus, contrariis, & affinibus,
quod abunde jam præstitit laudatus LAV-
TERBACHIVS Philosophus & JCtus non
simulatus, sed accuratissimus. Nec minus
nunciorum pedes & manus, baculos & sar-
cinas methodo mathematica dimetiri, aliis
relinquimus doctoribus huiusmodi bellariis
practicis scil. adfuetis. Nobis in præsentis
fatis erit, recensere non nulla notabilia, a
celeberrimis JCtis pragmaticis suppeditata.
Ita STRYKIVS (h) notat, quod insinua-
tio

MVLLER. not. ad Struv. exerc. ff. 22. lb. 18. li.
r. Add. LAVTERBACH. Diss. de Nuncio. c. 8.
lb. 39. sqq. ubi distinguitur etiam à Legato, à
Nuncio Apostolico, ab Oratore, ab Agentibus &
Residentibus, ab Interprete, ab Advocato, à Proxe-
meta, à Tabellario, à Delatore s. Denunciatore scē-
leris, & ab Excusatore.

(h) *Introduct. ad prax. Cap. IV. §. 16.*

tio citationis probetur per relationem nunci-
 cii ordinarii Kammer: Botzens vel si alius
 nuncius fuerit, schedula a citato tradita,
 quam appellant ein *Recepisse*; vel si per Nota-
 rium insinuata, illius testimonium vel instru-
 mentum desuper confectum sufficit. (i)
 Nobis placuit (k) B. STRYKIVM hisce ad-
 ditamentis supplere: Quod Relatio illa nun-
 cii fiat aut *Judici aut Actuario*, (l) & desuper
registratura confici debeat: *Quis? Cui? Ubi? et*
Quando? insinuaverit? (m) Et quidem sub
 poena carendi sportulis, & restituendi ex-
 pensas Parti frustra comparenti. (n) Credi-
 tur vero soli nuncio jurato, ita, ut conteste
 non indigeat; (o) In aliis autem, quæ ad
 nun-

(i) Vid. CARPZ. *Proc. Tit. 7. art. 1. n. 78.*

(k) In *Medit. accessor. ad cit. §. 16.*

(l) CARPZOV. *d. l. num. 76.*

(m) Jx. GRIBNER *princ. prot. jud. L. l. c. l. f. 2. §. 10.*

(n) *Iuxt. Ord. Proc. Sax. Emendat. Tit. 4. §. 4. conf.*
 MYNSING. *c. 6. obs. 10. in fin.*

(o) Vid. CARPZOV. *P. 3. c. 3. d. 17. et 3. Resp. 25. n.*
 6. MENOCH. *2. Presf. 21. MYNSINGER. c. 1. Obs.*
 77. *sq. ibique. FABRIC. add.*

nuncio *commissa* non pertinent, jurato licet ei non creditur, (p) velut, se verberibus a citato esse affectum, (q) sed contestem habere debet; (r) ut & si referat, citatum fidejussorem agnovisse fidejussionem; (s) Sed tamen *Pars* etiam, contra nuncium, quod insinuatio ipsi non sit facta, *adprobandum*, (t) imo etiam ad *Juramentum* (u) admittitur. Cæterum *Recepisse* sive *der Recognition Schein* plene non probat, nisi aut recognita sit ista scheda, aut nuncius juratus testetur, eam a citato scriptam esse, aut ab eo, cui citatio valide insinuari potest. (x) Plura specialia de Nunciis, præsertim de controversia: *Quatenus illorum relationi credendum sit?* tradit PETR. MULLERVS *ad Struvii syntagma Digestorum* (y)

Num

-
- (p) MEN. P. 4. Decif. 269.
 (q) NICOLAI Proc. P. 1. c. 5. n. 3.
 (r) Ant. FABER. in Cod. Sab. L. 4. t. 15. d. 26.
 (s) IDEM d. l. 4. tit. 14. d. 38. PATEON. 2. arref. 9.
 (t) MASCARD. de prob. 2. conclus. 1091. n. 15.
 (u) MYNSINGER c. 6. obs. 7. Et 10. n. 6. sq.
 (x) Vid. GRIBNER. princ. process. jud. L. 1. c. 1. f. 2. §. 10.
 (y) Exerc. v. th. n. litt. x. 2.

Num nuncii officio viles & sordidae personæ fungi possint?
 sub distinctione exponit IDEM. (z) Quod
 a mandationes nuncii ad Collegium Juridicum clam par-
 tibus fieri soleant, ne resciscant, quo gressum dirigat?
 IDEM notat. (Aa) Et quæ sunt alia; quibus
 addi possunt ea, quæ NICOLAI,
 (Bb) MARTINI, (Cc) LAVTERBA-
 CHIVS, (Dd) & alii celebriores Practici
 solent observare.

Occasionem huic themati præbuit No-
 bilissimus atque doctissimus, FRIDE-
 RICVS IACOBVS BOTH,
 Jughemio - Nassicus, qui nunciavit in clytō
 nostro Collegio Juridico, quod animo sibi
 proposuerit, ambiendi a Nobis ex ea, qua
 pollemus, summa Cæsaris delegata auctori-
 tate, publicam LICENTIAM ascendendi,

quan-

-
- (z) *Ad Struv. exerc. VII. lb. 20. lit. 8. pag. 371.*
 (Aa) *Ad Struv. exerc. IX. lb. 71. lit. 2. in fin. ex*
WEDDERKOPFF. diff. de inrot. actor. c. 7. n. 54.
 (Bb) *In proc. civil. P. I. cap. 5.*
 (Cc) *Comm. ad O. P. S. tit. II. §. 3. ibique analect.*
 (Dd) *In Diff. de Nuncio. passim.*

quandocunque libuerit, ad supremum DO-
CTORIS disciplinæ Juridicæ Gradum. Præ-
mittenda vero est ex consuetudine recepta
nunciatio, de vita Ipsius studiorumque,
quam tenuit, ratione, prout Ipse illam bre-
uiter nobis transmisit:

Videlicet natus est die xiv. Aprilis anno redem-
ptæ salutis MDCCXIX. *Echzellis* in præfectura
Bingenheimensi, Haffo - Darmstadina; Patre HART-
MANNO SAMVELE BOTH, tum temporis summo
Prætoris & Peræquatore Catastri in dicta præfectura,
jam vero ex vocatione Serenissimi Principis *Nassovici*
ejusque Saræpontani Consiliario Cameræ, & utrius-
que Præfecturæ & *Jugenheimensis* & *Rosenthalensis*
Præposito; Matre autem carissima MARIA SYBIL-
LA RVPERSBURG, cujus pater quondam Supremi
Prætoris, eodem ac nostri Candidati Parens, mune-
re, quod *Echzellis* constitutum est, fugebatur.
Sed, quum fata præmatura & nimis sibi acerba eam,
cui vitam debet, e vivis eriperet, contigit, ut Parens
suis cum Generosa virgine, filia Generosi DE BACK-
HAVSEN, cujus nomen inter Proceres reipublicæ
Francofurtensis ad Mœnum inter Scabinos at-
que Consules quondam floruit, secundas nuptias ce-
lebraret. Neque talem novercam accepisse No-
strum poenituit, neque, ceu ingenue fatetur, poeni-
tebit unquam, si considerat, quantam in se educan-
do,

do, sanctisque moribus imbuendo adhibuerit curam
atque diligentiam.

Quamprimum per ætatem fieri potuit, curæ
privatæ M. BLVMENROTII & M. HERRN-
BRODII, Pastoris Butzbachensis primarii, traditus
ea cepit studiorum incrementa, ut ad inelytum quod
Idsteinæ floret Gymnasium missus ea prosequi potue-
rit. Atque ibi litteræ; quæ ad humanitatem per-
tinent, ipsi inculcatæ sunt a M. STRITTERO,
Rectore, & WENCKIO Prorectore; viris amplis-
simis. Neque acuta & solida in philosophicis infor-
matio a vire Magnifico D. LANGIO, antea in aca-
demia Giessensi Professore, jam vero ecclesiarum
Nassovicarum summo antistite atque Scholarcha gra-
vissimo suscepta, a se unquam erit prætereunda.

Denique, postquam aliquod temporis spatium
corporis, quæ ipsum invaserat, imbecillitatem cor-
recturus in patria contumisset, ad celebrem hanc
nostram *Salanam* se contulit, atque a B. SYRBIO
D. & Professore Theologiæ, fasces imperii academi-
cum tenente, in numerum civium receptus est. At-
que ut studiorum & rationem & duces ostendat: in
philosophia, præter B. M. CORVINVM, Ill.
HAMBARGERVM, & Virum Magnificum
REVSCHIVM, h. t. Prorectorem Academiæ no-
stræ, secutus, & fructus & voluptates reportavit.
Inter duces, quos sibi elegit in Juris prudentia, emi-
nere ait consultissimum D. MOTERVM, Curiæ
Provincialis Saxon. Commun. Advocatum, cui jura
Romana


Romana debeat: deinde et scientia et fama Illustris (ut
 verbis *Nuncii* nostri utar!) ENGAVIVS, cujus
 scholas in jure *Canonico*, *Germanico* & *Criminali* insti-
 tutas frequentavit: tum Illustris SCHAVMBVR-
 GIVS, qui in elaborandis & referendis casibus pra-
 xique juris suum ingenium scite exercuit: accedit de-
 nique Illustris ille atque inter scriptores rerum illu-
 strium fulgens ESTOR, quem in *jure publico* &
feudali ducem habuisse, nunquam non Candidatus
 noster recordabitur.

Atque hæc sunt, quæ de vita sua stu-
 diorumque ratione publice renarrare suppe-
 ditavit laudatus BOTHIVS, juvenis non
 solum moribus elegantioribus excultus, sed
 & studiis tam theoreticis quam practicis ita
 innutritus atque suffultus, ut in utroque
 examine Collegium nostrum, ob promptis-
 simam ipsius responsionem, non dubitaret,
 eundem admittendum esse ad cathedram
 publicam, propugnandi speciminis publici
 gratia.

Proxime igitur die 2. Junii a. c. DISSER-
 TATIONEM suam INAVGVRALEM, cujus
 rubrica: ONVS LAVDEMII DE-
 POSITVM, sub Præsidio Illustris JCI
 ESTO.



ESTORIS, in nostro acroaterio contra
 oppugnatores defendere conabitur; quem
 actum solennem ut Magnificus Academiae
PRORECTOR, Senatores summe reve-
 rendi, illustres atque Consultissimi, experi-
 entissimi, amplissimi, caeterique proceres
 academiae honoratissimi, ut & generosa ac
 nobilissima studiosorum corona, honorifica
 sua praesentia condecorare velint, est, quod
 nostrae Facultatis nomine submisit, officiose,
 & peramanter rogo atque contendo. P. P.
die Festo Trinitatis. A. O. R. c1515 cc xxxxi.







X2368854

VD18

ULB Halle
007 465 084

3





Inches
Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue



1742, 4

16
13

ICI HERTELII

M PROFESSORIS PVBLCI
SAXONICAE COMMVNIS
S IVRIDICAE ATOVE
S ET H. T. DECANI

INAVGVRALE

S IVRIS

TITIAE

Serichts-Sothen,

MORVM IN IVRE
RIVILEGIORVM
DATI

COBI BOTH,

. NASSOICI

CALI PRO LICENTIA

VLVS

V DEMII

ITVM

SSVM.



A E,

G GRAFIANIS.

